

/ Rob. Bellarmino S.R.E. Cardinali

Ill/me et R/me Domine.

1764

Binas gratissimas accepi; de quibus etiam nunc gratias Ill/mae
G.B V. debeo: priores cum opusculi de Sanctorum felicitate correct-
5 tionibus; cujus novam mox editionem paro, alteras librorum isthuc
tandem allatorum indices, quos etsi opinione serius, gratos tamen
advenisse gaudeo. R/mi Antistitis nostri Malderi litteras his jungo,
qui reliquam commentarii sui partem Ill/mae D.V. mittit, quam sarcinae
librariae ad Andream Brugiotti his diebus missae inclusam cu-
10 ravi. Vale, Ill/me et R/me Domine, tuo et publico Ecclesiae catho-
licae bono. Antverpiae, in officina Plantiniana. VII Kal. Decembr.
M.DC.XVI.